

A	III. Circa quam h. e. circa quam al- iqua potentia vel habitus aut actus versatur, vocatur OB- JECTUM aliás, quod	constat in uo	I. Materiali, quod est res ipsa, circa quam quid versatur, ut corpus naturale, circa quod versatur Physica.
			II. Formali, quod est ratio, sub qua circa aliquam rem versatur aliquid. Et vocatur Scholasticis RATIO FORMALIS OBJECTIVA. Ut quatenus natu- rale.
dividitur in Ad quatum, idque vel	MATERIALE, quod complectitur omnia, que potentiae vel habitus alicujus actibus attinguntur, nec plura. Ita Metaphysice objectum materiale ad- equatum est ENS, prout DEUM & Craturas, substantias & accidentias complectitur; Physica corpus naturale, prout in species & specierum spe- cies, scilicet in corpora simplicia & mixta, animata & inanimata, lapides & metalla, plantas & animalia descendit.	FORMALE, quod complectitur omnem rationem, sub qua potentia vel habitus res sibi subjectas attingit, & nihil ultra. h. m. Corpus naturale quatenus na- turale est objectum adaequatum Physicæ; reduplicatione omnia, quæ sub corpo naturali continentur, tūm ad communem illius conceptum, tūm ad particularem & propriam cujusque rationem restringente. Considerat enim Physica corpus naturale tūm quatenus præcisè corpus naturale est, tūm quatenus tale vel tale corpus naturale est, i.e. talis vel talis speciei.	
			MATERIALE, & est aliquid eorum, quæ sub objecto adaequato, ut species sub genere, ut inferiora sub superiori comprehenduntur, ut substantiaz Metaphysicæ, elementa physica, sonus acutus vel gra- vis auditus comparatione.
Inadæqua- tum, idque iterum du- plex vel	FORMALE, quod aliquam rationem, sub qua potentia vel habitus res sibi subjectas attingit, sed non omnem complectitur. Ut si dicas, corpus naturale esse objectum Physicæ, quatenus est mixtum. Re- vera enim Physica corpus naturale, quatenus est mixtum consi- derat; sed aliam quoque considerandi rationem sibi vendicat.		

ANNOTATA.

(α.) Metaphysica rectè agere potest de Materiâ, licet versetur circa ea, quæ à Materiâ sint abstracta. Nam abstractum h. l. dicitur illud ab altero, quod in sua ratione formali alterum non includit, sicut animal in sua ratione formali, neque rationale neque irrationali includit, hinc dicitur abstractum esse à rationali & irrationali. Eodem modo materia in genere considerata non includit hanc materialiam v. gr. sensibilem, sed abstrahit ab eâ, nec illam v. gr. animaliam rationalem, quæ materia est respectu accidentium, quæ sustinet, sed etiam ab illâ abstrahit, & sic Metaphysica rectè agit de Materiâ in genere, prout ab hâc & illâ abstracta est.

(β.) Circa definitionem notari debet, quod non definitur materia in totâ suâ latitudine, non enim definitur materia circa quam, nec etiam materia in quam, quatenus talis est, cum ex eâ, quatenus talis est, non fiat aliquid, cui inest. Neque definitur in ordine ad quodlibet causatum, quod ex eô patet, quia ex materia etiam fit forma, cui tamen non inest. Definitur ergo tantum materia ex quam, quæ primariò est materia, & quidem in ordine ad primarium causatum, nempe compositum, cui inest. Cum autem inesse dicitur composito, sciendum, quod inesse abstrahat ab inesse actu & ab inesse potentia. Interdum inest actu, interdum potentia; actu si est permanens, potentia si est transiens. Quia autem non fit mentio permanentis & transiuntis dicendum est, quod tò inesse sumatur, prout abstrahit ab utrōque modò. Cum autem materia dicitur esse id, ex quô aliquid fit, rectè additur genus, nempe principium passivum, alias enim definitio competet etiam forma.

(γ.) Dubitari posset, an forma sit causatum materia? Nam si forma est materiae causatum, sequitur quod fiat ex materia, consequens est falsum. E. & an-

tecedens. Consequens esse falsum probatur ex Arist. I. 1. Phys. t. 42. ubi docet, quod principia ex se invicem non siant. Sed materia & forma sunt principia; & per consequens forma non fit ex materia, nec causatum ejus est. Resp. Negatur consequens esse absurdum. Quod autem locum ex Aristotele, sciendum, quod unum ex altero possit fieri tripliciter (1.) tanquam ex componente, sive per compositionem, quomodo compositum fit ex materia, non autem forma, quia forma ex materia non componitur. (2.) Vel tanquam ex termino: quomodo ex die fit nox, & ex non homine homo. Et hoc modo nec forma, nec compositum ex materia fieri dicitur, cum materia nec compositum, nec forma terminus sit, sed illius quædem pars, hujus verò subjectum. (3.) Vel tanquam ex eò, ex cuius potentia aliquid educitur, quod scilicet ex altero & in altero post crebris & sufficientes dispositiones oritur, sive in materia & ex materia post sufficientes dispositiones oritur forma. Quando jam dixit Aristoteles, principia non fieri ex se invicem, id intellexit priori modò & hoc voluit, quod unum principium non fiat ex altero per modum compositionis, sem, quod ex altero non componatur. Nam si unum principium ex altero componeretur, hoc ipso non esset principium, sed principiatum. Hoc tamen non obstante, potest unum principium ex altero, per modum educationis, ut forma ex materia fieri.

Dicis: si materia est causa formæ, sequitur, quod materia non sit causa interna, consequens est falsum. E. & antecedens. Consequentia probatur, quia causa interna est, quæ intrinsecè effectum constituit, tanquam pars ejus. Materia autem formam non constituit intrinsecè, ut pars. Resp. Materia potest dupli respectu considerari. (1.) respectu compositi. (2.) respectu formæ. Quando materia dicitur causa

(E) 3

interna